



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

22. Ludouicus Granatensis concione 1. de S. Dominico, F. Romanus Theologus Dominicanus apparet D. Thomæ Aquinati, ad quæstiones quasdam illius respondet, atq[ue] vt in sua vocatione perseueret ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

D. Augustinus ibidem. Augustinus aduocatus, Eulogio rhetori, de loco Ciceronis oratione sollicito, in somnis apparet, exponens quod non intelligebat.

CAP. XXI.

NOBIS apud Mediolanum confestim Carthaginis rhetor Eulogius, qui in eadem arte discipulus fuit, sicut noster hi ipse posteaquam in Africam remeantem retulit, cum rhetoricos Ciceronis libros in cupulis suis traderet, recensens lectionem quam postridie fuerat traditurus, quendam cum offendit obscurum. Quo non intellexit vix potuit dormire sollicitus. Qua nocte somniantem, ego illi quod non intelligebat exposui: imò non ego, sed imago mea nescientem & tam longè trans mare aliquid aliud, fuisse gente, siue somniantem, & nihil de illius curam omninò curante.

Ludovicus Granatensis concione 1. de S. Dominico, F. Romanus Theologus Dominicus apparet D. Thoma Aquinati, ad quaestiones quasdam illius respondet, atque in sua vocatione perseveret hortatur.

CAP. XXII.

ORanti quodam tempore S. Thoma Neapoli in templo Dominicanorum, apparuit frater Romanus S. Theologiae Doctor, quem ille sibi Parisijs in praedicationibus reliquerat successorem, qui nõ ita pridem obierat, D. Thoma ignorante. Vt ergo videtur

lum iuxta se stantem, Gratulor, inquit, te huc aduenisse, sed quando oro, venisti? Respondit ille: Ego iam excessi è corpore, permillum autem mihi est pro tuo merito tibi apparere. Territus eo responso non nihil sanctus vir, cum se collegisset, ait, adiuro te per Dominum ut indices mihi, num placeant Deo opera mea. Respondit Romanus, Perseuera in hoc statu, nec dubites grata esse Deo quæ facis. Et Thomas: Tecum, verò, inquit, ut agitur? Respondit, Ego vita fruor sempiterna: attamen ob negligentiam curatum testamentum à Parisiensi Episcopo mihi traditum, pœnas lui in locis purgatorijs ad dies quindecim. Et Thomas, Scis, inquit, crebrò nos in disputationem illam adduxisse quæstionem, an permaneant in animo scientiæ in hac vita, acquisitæ, quæso ut eam mihi expedias. Respondit Romanus: Ego Deum intueor, noli hac de re ex me sciscitari. Et Thomas, Vides ne, inquit, Deum sine medio, aut aliqua re interposita. Tum ille, Sicut audiuimus, ait, sic videmus in ciuitate Domini virtutum, moxque disparuit, & S. Thomam magna reliquit consolatione perfusum.

D. Fridericus N. defunctus Roma sub crepusculum matutinum, apparet D. Eisengrenio in somnis, & locum Salomonis admirabili doctrina exponit.

CAP. XXIII.

Ccc

Cùm